Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

"Nota De modo consecrandi ecclesias ... [E]Cclesie dedicacio Christi est nuptialis copulacio ... - sitienti populo petra durissima aquam produxit ad bibendum"

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Vtero baptismatis xpus genuit. Ita quomodum carne
mortuus fraterno filio conferens eterne vite reddit.
Eccle que i modum crucis sunt posite ecce mundo crucifi-
gere ostendunt. Que aut rotunde i modum circuli sunt
ecciaz p circuitum orbis circulum corone eternitatis pdi-
lectioz ostendi ondunt. Claustralis constructio iuxta mo-
nasterium est propter a porticum salomonis constructo
apud templum in quo apli omnes vnanimiter conue-
nebant et i templo ad oroz conueniebant et multitudinis
credentium cor vnum aia vna erat et oia communia
habebant. Ordinem hanc prefigurauerunt religiosi in claustro
degunt sine morantur die noctuqz in monasterio
addei seruitium conueniunt. Fons in hoc loco voluptatis
est i monasterio fons baptismatis. Lignum vite i
paradyso est corpus dni in eccia reseruatum. Cetere arbores
fructifere sunt libri sacre scripture. Ut ergo i superna
patria omnes electi vnum cor et aiaz vna i dilectione
habebunt et oia communes possidebunt ergo vnusquisque ipse
virtus sic in aliis gaudebit vbi deus oia i oibus erit.
I claustro singuli singula loca scdm ordinem tenent
et i paradyso singuli singulas mansiones scdm merita
recipient. Unde dns per euangelista inquit: In domo
patris mei multe mansiones sunt. Ad quam domum ipse nos
perducat qui cum i celis cum patre et sco spu sine fine
viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Nota de modo consecrandi ecclias. Et quid significet consecratio. Sequitur.

Ecclesie dedicatio xpi est nuptialis copulatio.
Epus qui eam consecrat est xpus qui eam de viuis
lapidibus construit. Epus fontem in aula benedicit et
i circuitu aspergit quia xpus fonte baptismatis in iudea
construit et in circuitu mundi omnes gentes eo ablui
preparauit. Domus enim consecranda est gentilitas dei
ignara et perfidie reparatilis inclusa. In domo con-
secranda duodecim candele i circuitu accense ea

illuminant | Et duodecim apostoli in circuitu orbis genti-
litate lumine doctrine illustrabant Candela lucet
et ardet | Et apostoli voce lucebant | et caritate ardebant
Pontifex vero liminare ostii cum baculo episcopali ter
percutit | cantando Attollite portas principes vestras et
eterna potestas in celo et in terra et in inferno accipitur
Quasi hoc tunc diceret dominus Petrum cum baculo percussit dum
ecclesie potestatem ligandi atque solvendi concessit in celo
et in terra et porte inferi ne adversus eam prevale-
ant tribuit | Iubet et ut principes tenebrarum por-
tas mortis ab ecclesia tollant | Porte vero eterna-
les idest celestes elevantur et iusti ad vitam ingre-
diuntur Porte mortis sunt vicia et peccata Porte
vite sunt fides baptisma et bona opera et huius modi
Ille qui intra ecclesiam Respondens episcopo super cantum suum scilicet Attolli-
te portas etc. Respondens clamat in domo vel ecclesia
Quis est iste rex glorie Ille designat dyabolum qui
de domo consecranda expellitur Ipse enim dyabolus
qui fortis armatus custodivit atrium suum sic legitur
Cum fortis armatus atrium suum custodit in pace
sunt omnia que possidet si autem fortior illo superveni-
ens vicerit eum universa eius arma auferet in quibus confi-
debat | et spolia eius distribuit Sic episcopus intrat | etiam
designans Christum qui est fortior dyabolo dyabolum de domo
expellit | et suggestiones ipsius dyaboli que sunt arma eius
ab eo auffert etc. Mox hostium aperitur et episcopus ingre-
ditur quia etiam ostium fidei apperuit | et Christum ipsum in-
trasse devote recepit | Episcopus ingrediens Et pax huic
domui dicit quia Christus mundum ingrediens pacem homini-
bus contulit quia resurgens a mortuis pacem suis protu-
lit Ter episcopus pax huic domui clamat | quia regulariter
ecclesie per unitatem fratrum insinuat vel quia unus deus est
una fides unum baptisma | Deinde pontifex pro-
sternitur flectendo genua pro sanctificatione domus dominum
precatur Et Christus se ante passionem in monte oliveti
prostravit pro ecclesie sanctificatione precem oravit Clerus in
presentia consecratoris eius pro consecratione domus leta-
nias devote cantat Et apostoli atque doctores pro sancti-
ficatione ecclesie patrocinia invocabant Finita le-

tania Pontifex surgens per Dominus vobiscum non
populum salutat. Sed tamen flectamus genua ad orationem
invitat quia infideles turpes non sunt salutandi
Sed ad questionem et orationem provocandi sunt. Post hec
alphabetum in pavimento cum baculo scribit incipiens
a sinistro angulo orientali in dextrum occidentalem
desinit. Deinde alphabetum a dextro angulo ori-
entis inchoat et sic scribendo in sinistro angulo
occidentis consummat. Que duo alphabeta in medio
ecclesie in forma crucis conveniunt. Et quid signant aperte
nobis innuit. Quatuor ecclesie anguli sunt quatuor
plage mundi. Scriptura que terre sive pavimento
inscribitur est simplex doctrina que cordibus ter-
renorum imprimitur. A sinistro angulo episcopus scribere
incipit quia Christus a Judea docere cepit. Ipsa enim Judea sinistro
angulo comparatur quia ob perfidiam cum sinistris reputatur.
Ideo angulus orientis dicitur quia Christus qui est oriens
ex ea iuxta carnem assumptionis oritur. Que scriptura
in dextrum angulum ducitur quia doctrina Christi
ad ecclesiam catholicam usque pervenit. Ipsa enim doctrina
dextro angulo assimilatur quia cum dexteris computatur.
Ideo autem occidentis anguli existit quia mea perfidia
et malitia Judeorum occidit et Christus per eam scilicet perfidia
sol iustitie occidit scilicet per mortem turpissimam. Item episcopus
scripturam a dextro angulo orientis inchoat et in
sinistro occidentis eam consummat quia Christus in primitiva
ecclesia doctrinam suam inchoavit et eam in fine mundi
in Israelitico populo consummabit. Primitiva ecclesia [illegible]
de dextero angulo [illegible] est [illegible] que a dexteris
dei stare scribitur. Igitur angulus orientis dicitur quia
lumine fidei [illegible] et [illegible] oritur. Populus autem Israel
ideo sinister angulus quia adhuc in infidelitate
perdurat et non verecundatur. Neque [illegible] et miseri
[illegible] non verecundantur. Post hec morando cum
eis et principales aliqui sacerdotes psalterium [illegible] diote
cum eis [illegible] fidissimis [illegible] vis et [illegible] et [illegible]
timendum est quia [illegible] fratres [illegible] volunt [illegible] in divinis

et oribus eorum sed in cordibus eorum nullam contri-
tionem neque tenent. Et assimilantur phariseis et
hypocritis malefactoribus qui amant ut videantur
ab hominibus orare stantes et ut videant eos candide cele-
brare et ut audiantur devote orare ut dicatur
ipsi sunt honestissimi vel prudentissimi sed sepe [illegible]
cavete vos ab hypocritis. Et audite mandata papalia
et apostolica que talia prohibent. Sed Innocentius tercius
octogesimus septimus a Petro sedit annis decem et novem
iste prius vocabatur lotharius natus de nobilibus ro-
manorum. Iste Innocentius statuit et mandavit
ut in omni christianorum provincia nobilibus distinguatur
habitus iudeorum in vestibus sicut est id est papa constituit ut
iudei novas synagogas non faciant ubi prius
non habuerunt neque ampliores eas faciant et christiani
in domibus eorum non serviant et mulieres christiane iudeorum
infantes neque nutriant. Igitur vos fratres karissimi
perpendite eorum vana perfidissima et avarissima vita
et si unus eorum tantum totam fidem et vitam nostram
in toto orbi poterit delere et annichilare non cessa-
ret neque expectaret donec in crastinum diem.
Igitur cavete vobis a insidia pessima iudeorum et aspi-
cite quod bene intelligunt in animo fidem eorum et nolunt
desistere neque reverecundantur. Ideo vero angulus
occidentalis dei quia occidente iam mundo post ple-
nitudinem gentium [illegible] adhuc quaretis. Duo vero
alphabeta que ex diversis angulis in forma crucis
conveniunt sunt duo populi qui ex diverso ritu in unam
fidem crucis per passionem convenerunt. Duo etiam testa-
menta sunt que in simul cuncta cruce passionis vel
crediderunt unum aut grece alterum latine scribitur
quia lingua greca propter sapientiam latina autem propter imperiale
potentiam ceteris eminentior cognoscitur quod utraque
ad fidem crucis convertitur. Cetera quia per baptismum scribitur
quia hec omnia predicatores peraguntur hinc usque totum
quod processit quia per dominum consecrationis sunt ab hinc
dedicatio incipit. Ideo per hoc quod nunc sequitur
christi passio et spiritus sancti infusio innuitur per qua

De sinagogis Judeis

etiam kath

ecclesia katholica consecretur. Post hec pontifex ante altare
stans divinum auxilium invocans Deus in adiutorium
meum intende invocat ut domum novam eius digne conse-
crare valeat et clerus adiungit Gloria patri et filio
etc. absque alleluia Quibus igitur gloriam trinitati in illa domo
cantari innotescit alleluia non addit eo quod adhuc ad vo-
cem exultacionis consecrata non sit post consecracionem autem
alleluia cantatur expulsa iam demonum fantasia omni-
potens deus inea laudatur Ita Christus verus pontifex ad
dextram [illegible] attendens patris auxilium invocavit
ut eciam se sanctificare velit quasi gloriam patri retri-
buendum ad gloriam trinitatis per eciam mortem sustinuit
quod alleluia non addidit dum mundus in eius passione
turbatus fuit post resurreccionem autem eius quasi
post consecracionem alleluia cantabit ecclesia celum et terra
de eius resurreccione letabitur Deinde aqua bnedi-
cenda benedicitur vinum admiscetur sal quoque et cinis
commiscetur Per sal vero omnes cibi sapidi fiunt Christi
dei sapientiam designat qua omnes apostoli intelligere
acceperunt Unde helyseus sal in aquas misit et
aque sanate sunt Sic helyseus id est celestis pater sapientiam
id est filium suum in homines misit et sanati sunt In lege
autem vitula rufa missa est in igne et in igne cre-
mari et ipsius cinere eius expiari conficula / z diuinitatis
an omnes sint et sicut arbore vel fructus rufa in expia-
cione in cinere cremata est Christi tamen sanguine
rubricata igne passionis in cinere redacta quo
plebs fidelium est expiata. Sic cinis sali admiscetur
dum humanitas ad divinitatem in resurreccione resu-
mitur Cinis quoque sali commiscetur dum nos Christiani
qui cinis sumus et eciam nominamur divinitati Christi
associamur Sed primum divinitas per aquam humani-
tas intelligitur Sed et duo commiscentur dum mea hu-
manitas per Christi sanguinem divinitati adiungitur
Ter tamen cum sale et cinere super aquam fit crux per
rectore Christi fidem hominibus trinitatis ingressit Hor-
ro pher signa sacrificium etiam exprimitur quod in
hac domo dedicata offeretur per salem et cinerem
Christi corpus in divinitate prefiguratur Primum

Allegorice

& aqua xpi sanguis qui cum aqua effluxit protat. Notandum quod hoc totum quod prescriptum est de materiali hoc ad hominem refertur qui templum dei appellatur. Primo pontifex aperuit hostium deinde partes fundit quod duplex alphabetum scribit deinde aquam cum sale & cinere benedicit vinum admiscet deinde & candele accenduntur ita & cuilibet adveniendi quenque hostium fidei aperitur deinde preco oratur deinde scriptura mente eius scribitur dum cathecuminus exorcizmo imbuitur ex cui per fidem xpi divinitate & humanitate docetur deinde fonte baptismatis purificatur ad extremum crismate ungitur & sic templum dei efficitur. Postquam hec episcopus digitum unget & cruce per quatuor cornua altaris facit altare hoc primitiva ecclesia in celum expressit quasi cruce xpi pontifex super altare fecit dum crucem & dura morte in celum subiit. Et quatuor cornua altaris signavit dum quatuor partes mundi cruce salvavit. Deinde episcopus altare septies spergit quod xpus post resurrectionem suscepto dono spiritus sancti eandem baptizare iussit aqua cum ysopo aspergitur que amara herba duriciam lapidum penetrare fecit. Et sic xpi cruore in passione amaritata per baptismum datur & durecia gentilium ad fidem xpianam emollitur. Deinde altare spergendo circuit quod dominus angelum suum in circuitum timencium se mittet. Altare ter spergitur quod eciam cordibus patris mortis scilicet operis cogitacionis & locucionis emundatur. Deinde suffraganeus porta eciam vadit parietes exterius parte spergitur quod xpus porta iudeam solum baptizare precepit. Interim cantatur psalmus Exurgat deus & dissipentur inimici eius quia eciam dum xpus surrexit demones & perfidissimi iudei inimici eius dissipati sunt. Et cum resurrectio xpi ihesu & baptizmus per orbem mundi predicabatur inimici dei ab eccia dissipabantur. Pontifex mittit ministros qui eciam cantando circueant. Et xpus apostolos

misit qui baptismum resurrectionis et penitentiam ceteri
predicabant dicentes ite in orbem universum et predicate
omnes etc. Episcopus per media etiam procedens cantat
antiphona Domus mea domus orationis vocabitur. Et
Christus etiam per doctores visitans fecit eam domum suam
incipiens antiphona Introibo. Et psalmum Iudi-
ca me deus et discerne etc. Et sic episcopus redit per eandem
veniendo ad altare et quod remansit ex aqua ad basim
altaris fundit quia Christus fluenta doctrine in terram effu-
dit et inde fons baptismatis cepit. Post hoc altare
cum lintheis extergitur per quod domini nostri passio intelligitur.
Linteum vel linum quippe de terra oritur et cum labore
ad candorem vertitur. Et Christus de virgine nascitur et cum
magno passionis labore ad candorem resurrectionis
redditur. Hoc linteo altare tergitur dum tribulatio
ecclesie exemplo Christi declinatur. Deinde episcopus offert
incensum hoc est orationes iustorum qui se in amore dei offerunt
dum corpus suum pro eo affligunt. Postea pontifex fundit
oleum super altare faciens crucem in medio eius et super
quatuor cornua eius quia Christus spiritum sanctum super primitivam
ecclesiam in terram effudit in qua et crucem subiit. De-
inde per quatuor mundi partes hoc dono sic sancti spiritus fidelibus
tribuit. Tunc cantatur antiphona Unxit te deus
oleo leticie pre consortibus tuis etc. Altare Christus intelligitur
corporale suppositum altari divinitas Christi et virginitas
virginis Marie quam multas labores i. passiones in candore
resurrectionis redditur. Solum in corporale continet sit
in eo nec principium nec fine quod debet esse rotundum deitatem sit.
Pastor apostolicus i. papa oblata non frangit sed per circuitum
circa mordet et reliqua in calicem mittit quia Christus
infernum momordit et inde sumptos in paradysum vā
misit. Dyaconus calicem tenet dum papa sanguinem
sumit significat angelum qui revolvente lapide
de monumento tulit. Dyaconus sanguinem distribuit
quia angelus resurrectionem innotuit. Subdyaconus
corpus domini ad dyaconum attingit et fert presbiteris ad
frangendum populo. Cum apostolicus de altari populo communicat

Qm tu archa omnibus pplo Jericho circuit sacer-
dotalis ordo tube cecinit pplus clamore compulit
Jericho corruit et victor pplus regnum obtinuit
pplus a pharaone per moysen ereptus est xpianus
pplus a dyabolo per xpm redemptus est tabule testa-
menti a monte accipiunt et liber ewangeliorum
ab altare sumitur pplus ibat armatus et pplus xpia-
nus vadit fide et baptismate signatus Ille pplus
sanguine aspergebatur iste aqua benedicta aspergitur
Processio signat iter terre promissionis tendimus
ad eternam intrantes cantantes signat quod ad
gloriam gaudentes perveniemus David et Salomon
ad processionem nos monuerunt qui archam dei
hymnis et canticis perduxerunt et salierunt Lector
qui epistolam legit est pplo qui edicta imperatoris
per ea sibi predicatores meliores vero ad graduale
et alla cantandum eligunt fortiores manum
ad duellum producunt iam deficientibus in tantum dili-
gentius ista ulterius laborantibus in plus dilig-
stantes valde subvenerunt Dyaconus qui ewangelium
in alto recitat est pplo qui parato bello agmina
dispersa tuba glorificat David vetus venienti
obviam turbam pplorum venit salvatorem pplo
hymnis excepit Pro quibus gygas golyas scilicet
dyabolus prodit duellum petit David occurrebat
funda et lapide devicit Sicut dum sitienti pplo
petra diversa aquam produxit ad bibendum

[illegible]